GERARDI IOANNIS VOSSI

COMMENTARIORUM

RHETORICORUM,

SIVE

ORATORIARUM INSTITUTIONUM

Libri ſex,

Ita tertiâ hac editione caſtigati, atque aucti, ut novum opus videri poſsint.

138,124

Opus damnatum x. Expurgatorium ann. 1640. cum suo

D. Dionysio de Viedma

LUGDUNI BATAVORUM,
Ex Officinâ IOANNIS MAIRE.
cIɔ Iɔ c xxx.

ILLVSTRISSIMIS

HOLLANDIÆ WEST-FRISIÆQVE ORDINIBVS,

DOMINIS POTENTISSIMIS,

GERARDVS IOANNES VOSSIVS

DEDICAT CONSECRATQVE.

TANTA eſt laus ac gloria veſtra, maximi ac ſapientiſſimi PROCERES, ut nulla penè orbis regio ſit, quò non pervaſerit fama eorum, quæ, præſentiore dubium virtute, an ſecundiore fortunâ, tot jam annos pro libertate geſſiſtis. Sed nihil tamen videtur illis maius eſſe, atque excellentius, quæ recenti imprimis memoriæ omnium inhærent. Quid enim novum eſt magis, atque inauditum, quàm claſſe vos Mexicanâ potitos eſſe, & prope incredibili gazâ Hiſpaniarum regis? Quod

GERARDI IOHANNIS VOSSI
COMMENTARIORVM RHETORICORVM,
SIVE
ORATORIARVM INSTITVTIONVM
LIBER I.

CAP. I.

DE NATVRA RHETORICES.

CVM RHETORICES FINIS *ſit perſuaſio; Officium eius ſit bene dicere, ſive dicere ad perſuadendum accommodatè; Materia ſit qualibet quæſtio, ac præcipuè civilis: rectè definitur Rhetorice, facultas de unaquaque re bene dicendi ad perſuadendum; ſive, ut definit Ariſtoteles, facultas perſpiciendi in unaquaque re, quod in eâ eſt ad perſuadendum idoneum.*

Ac quemadmodum quatuor ſunt partes officij Oratorij; argumenta invenire, inventa diſponere, diſpoſita exornare, & exornata pronunciare: ita totidem ſunt partes Rhetorices; Inventio, Diſpoſitio, Elocutio, & Pronunciatio ſive Actio.

COMMENTARII IN CAP. I.
PARS I.
DE FINE RHETORICES

QVEMADMODVM in ſcientijs contemplativis ſubiectum, ſic finis ſe habet in diſciplinis activis, itemq́ue in artibus: quia, ut in illis * primò videndum eſt, cuius rei doceantur principia & affectiones; ita in his ante omnia cognoſcendum eſt, * cuius gratiâ inſtituatur tractatio. Quare cùm Rhetorica ſit ars στοχαστικὴ ſeu Coniecturalis, quod Ariſtoteli Facultatis nomen ſignificat; non tam neceſſe eſt anquiramus Oratorijs noſtris commentationibus inſigne aliquod antipagmentum, quàm ut in ipſo Facultatis veſtibulo genuinum monſtremus artis ſcopum.

* *Ariſt. in poſt. Analyt.*
* *Ariſt. lib. 7. Metaphyſ. context. 23.*

GERARDI IOANNIS VOSSI

COMMENTARIORVM

RHETORICORVM,

SIVE

ORATORIARVM INSTITVTIONVM,

PARS ALTERA.

LVGDVNI BATAVORVM,
Ex Officinâ IOANNIS MAIRE.
cIↃ IↃ c xxx.